



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Paulo. 122.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Eutonio Diacono. 121.

Quemadmodum acutè quidè aut perquam grauitè loqui facile est, mediocritatem autem tenere, Musici habitus est: eodem modo de loquendi libertate & timiditate sentiendum est. Sunt enim qui non id agunt, vt profint, sed vt contumeliam duntaxat inferant. Sunt rursus, qui hoc tantum sibi propositum habet, vt adulentur, ac falsas laudes contexant. At qui optima mediocritate vtuntur, ij nec contumeliam inferunt, nec adulantur, sed verborum libertatem ac licentiam pudore, atque obiurgationem suauitate condientes, ita demum ad eos, qui sui ignorance laborant, curandos veniunt. Quocirca ipse quoque, hac disciplina adhibita, ad Esaiam medendum (qui præ ingenti arrogantia hoc quoque amisit, vt hominem se esse existimet) accede.

Paulo. 122.

Quandoquidem per literas sciscitaris, cum scriptum sit, Nemo rapit de manu Patris mei, qui fiat, vt multi pereant, hoc respondeo, neminem quidem eos, qui per orthodoxam fidem, atque optimam viuendi rationem, vt Dei sint, consecuti sunt, ex inuisita illa & insuperabili manu eripere posse: decipere autem atque in fraudem impellere posse. hoc est per vim quidem ac tyrannidem neminem à quoquam abstrahi posse: per fraudes autem & imposturas in errorem agi posse. Quod tamen non inuisitæ illi dextræ, sed hominum, qui arbitrij libertate præditi sunt, languori atque inertie ascribendum est. Non enim ob eius, qui custodit imbecillitatem, verum ex eorum, qui custodiuntur, leuitate, huiusmodi exitium contingit.

Petro. 123.

Eo, qui turpiter quidem & foedè viuit, eximia autem ac singulari dicendi facultate pollet, præstantior est ille, qui ad dicendū

Eυτονίω Διάκονω. ρχϛ.

Ὡς περ ἰξὺ μὲν ἢ βαρὺ κομῆθ' φλέγξασθαι ῥάδιον, τῆ δὲ μέσῃ πυχῆν, μουσικῆς ὅτιν' ἔξεας, ἔπαυσι καὶ τὸ παρρησιάζασθαι, καὶ μὴ λογισθῆν. οἱ μὲν γὰρ ἐ τοῦ ἀφελῆσαι, ἀλλὰ ἔ' ἰβείσαι γίνονται μόνον. οἱ δὲ τῆ κολακείῃν, καὶ τὰ μὴ προσόντα ἐγκώμα ἰφάμην. οἱ δὲ μέτρω ἀρίστῳ ῥεῶμθοι, ἔτε ἰβείζουσιν, ἔτε θωπεύουσιν, ἀλλὰ κερῶσαντες τῆ παρρησία ἢ αἰδῶ, καὶ τῆ ὀπιτημύσῃ τῶν προσσησια. ἔπως ὅτι τὸ ἰατρῶν τοὺς ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντας ἐρχονται. ἐκοῦν καὶ αὐτὸς ταύτη τῆ ἀγωγῆ χρησάμενος ἦκε ὅτι ἢ θεραπειῶν Ἡσαΐας, τοῦ ἐκ τῆς ἀγαλαζονείας, καὶ τὸ ἀνθρώπων ἑαυτοὶ νομίζεν ἄπολαλεκότος.

Παῦλα. ρχϛ.

Ἐπειδὴ γέγραφας, εἰ γέγραπται, ἔδεις ἀρπάξει ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρὸς μου, πῶς πολλοὶ ἀπολλυμέναι φημι, ὅτι ἀρπάσαι μὲν ἔδεις διωσθαι ἐκ τῆ ἀμάχῃ καὶ ἀπῆτης δεξιάς τοὺς ἀπὸ πίστεως ὀρθῆς, καὶ πολιτείας ἀρίστης ἑαυτοὺς οἰκείας αὐτῆς εἶναι παρὰ σκευάσειας. ἀπατήσαι δὲ διωσθῆται, τὰ τέτι βία μὲν καὶ τυραννίδι ἀπατῶσαι ἔδεις διωσθῆται. παρὰ λογισμοῖς δὲ καὶ ἀπάταις ἀποπλανῆσαι διωσθῆται. ἀλλ' οὐ παρὰ πῶ ἀπῆτην δεξιάν γίνεται τοῦτο, ἀλλὰ παρὰ πῶ τῆ αὐτεξουσίαν ἀνθρώπων ῥαθυμίας. οὐ γὰρ ἐκ τῆς τοῦ φυλάττουτος ἀσθενείας, ἀλλ' ἐκ τῆς τῆς φυλαττομένων εὐχερείας ἢ ἀπάλλασσιν βῆνει.

Πέτροω. ρχγ.

Ἀμείνων τοῦ ἀσχερῶς μὲν βεβιακότος, λέγειν δὲ εἰς τὸ ἀπολλυμένω διωσθῆ τοῦ. ὁ λέγειν μὲν ὅτι εὐφυῆς, τὰ δὲ καὶ πῶ